V c
1487

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-279040-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-279040-p0002-1

Δ.II, 28. Fol. K. 2, 28
Vc 1487

ATROX FACTUM CONRADI KAUFFUNGI, Qui FRIDERICI II. SAXONUM ELECTORIS ILLUSTRISS. FILIOS ERNESTUM ET ALBERTUM, EX ARCE ALTENBURGICA RAPUIT,

ACTU QUODAM
ORATORIO-DRAMMATICO
AD DIEM IIX. MAJI M DCC XXV.
POST SACRA MATUTINA RITE PERACTA
PROPONETUR,
QUIBUS
UT
MAGNIFICI CURIAE
PATRES,
OMNESQUE REI LITERARIAE
PATRONI, FAUTORES & AMICI
BENEVOLAS INDULGERE AURES
MAGNA FREQUENTIA
DIGNENTUR,
OFFICIOSE AC DECENTER
PRECATUR
M. ADAM Erdmann MIRUS,
GYMN. CON-RECT.

ZITTAVIAE,
CHARACTERE MICHAELIS HARTMANNI.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-279040-p0003-6
DFG

Tametſi quondam Conradus Kauffungus, nobili genere in Oſterlandis genitus, & in aula Friderici II. Saxonum Electoris ita celebris fuit, ut nulli praeſtantiſſimorum heroum neque pacis, neque belli artibus cederet: attamen nimio habendi ſtudio ad tale facinus ſuſtinendum compulſus eſt, ut nomen famamque indelebili macula conſpergeret. Etenim non recuſavit, fidem Electori datam perfide violare, arcem ejus Altenburgi celebrem, intempeſta nocte ingredi, duosque Saxoniae Principes Erneſtum & Albertum clandeſtino furto ſubducere. Equidem non deſunt, qui perverſam Kauffungi malitiam quodammodo excuſare cupiunt. Fruſtra provocant ſive ad denegatum redemtionis pretium, ſive ad recuſata belli ſtipendia. Sed invita veritate. Teſtatur enim Elector in literis ſuis, & Conradus in Apocha Electori exhibita repetit, quod omnia ex aſſe ſoluta ſint. Neque Elector in culpa fuit, quo minus Vicethumi agros & praedia in Miſnia diutius poſſideret. Siquidem tota haec controverſia, utraque parte conſentiente, judicum prudentiae demandata fuit. Solo ergo avaritiae vitio fidem Electori datam turpiſſime violavit. Cumque probe intelligeret, ſe, nec juſtitia cauſae, nec aperta vi Principi optimo parem eſſe; totus converſus in artes ſuas, ſceleri ſuo exequendo occaſionem commodam quaeſivit. Cum Elector arduorum negotiorum cauſſa, iter Lipſiam direxiſſet, relicta Conjuge & duobus Filiis, atque cuſtodiam arcis Altenburgicae quibusdam Principibus commiſiſſet; Kauffungus opportunam occaſionem obſervandam ratus; Anno M. CCCC. LV. die VII. Julii media ferme nocte, quae diem feſtam Divi Kiliani antecedit, adhibita ſceleris turba, arcem Altenburgicam ſcalarum nexilium beneficio intravit. Scalae illae non inepta junctura ſibi invicem reſpondebant, quas admovit, per altas rupes, murosque adſcendit, ingrediensque conclave Principum, illos dormientes in lectulis invenit. Erneſtus primus omnium expergefactus, cum hoſtes adeſſe intelligeret, virginis cujusdam jam annis provectae, opem imploraſſe dicitur. Sed Kauffungus e lectulo perfida manu extractos abducit. Cumque Albertus, natu minor pro ſua fallendi induſtria ſub ſponda ſeſe occultaſſet; latro faſtigium arcis repetivit, Albertumque e latebris protractum ad ſocios ſuos deportavit, & ad miniſtros ſuos ſub radicibus arcis cum equis latentes properavit. Diviſis deinceps cum ſociis Principibus, Kauffungus non dubitavit, Albertum in itinere ducere; Wilhelmo vero de Moſen & Schonfels Erneſtum per aliud iter abducendum tradere, cum ante ſuſceptum iter pactum feciſſent, ut alter, ſi forſan unus ex raptoribus interceptus eſſet, tam diu alterum Principem in ſervitute retineret, quam diu utrique parti venia facti promiſſa eſſet. Imminente aurora, tumultus ac ſtrepitus fit in univerſis Friderici ſecundi terris. Alii enim ex urbe effuſi, velut agmine facto, petunt vias publicas. Alii vehementiori campanarum pulſu finitimos commiſſi ſceleris admonent. Alii per agros dilapſi, non prius deſiſtunt incepto, quam amiſſum Principem extortum eſſe ex impiis manibus raptorum certiores facti ſint. Interim cum Kauffungus vehementiori pulſu campanarum territus, pauliſper a via deflecteret, & ad profundos nemoris receſſus delatus eſſet, calcaribusque equo ſubditis implicitus eſſet graminibus; Albertus quaedam verba carbonario inſurraverat in aurem, dicens: Se eſſe ducem Saxoniae. Carbonarii canis ciebat ſtatim latratum; Uxor Carbonarii, dato ſigno, cum multitudine convenit, & Albertum e faucibus latronum perditorum eripit. Principem eodem die attulerunt ad Abbatem Grunhanienſem, qui hunc Principem non ſolum benigne ac liberaliter excepit, ſed etiam Parentibus Illuſtriſſimis reddidit. Nec meliora habuerunt fata Wilhelmus de Moſen & de Schonfels. Etſi enim in fuga amiſerant ſex ſervos; attamen aſſumptis aliis duobus in abruptam montis cavernam cum Erneſto fugiunt, eoque in loco per tres dies commorantur, donec tandem, datis ad Fridericum Schönburgium literis, ſe natu majorem filium Electoris Erneſtum, cum ante veniam ſceleris pacti eſſent, tradendum pollicerentur. Quod cum feciſſent, & in arce Hartenſteinenſi die XI. Julii præſtitiſſent; hic Princeps eodem die Chemnitium ferebatur. Tota ter-

ra

ra pro miraculoſa liberorum liberatione laeta, non dubitat, Deo clementiſſimo humiles reponere gratias. Conſtituto igitur hanc in rem pro more iſtius ſaeculi feſtiva die, Elector vota facturus, cum Conjuge Illuſtri, aſſumtis Erneſto & Alberto filiis, Ebersdorffum, dimidio lapide (ab oppido Chemnitio diſtat) petivit, olim peregrinantibus in honorem Divae Virginis celebre. Inde Rochlitium ſe conferre & XVI. Julii Altenburgum repetere ceperunt. Nec ſceleroſam & perditam latronum turbam impunitam eſſe voluit divina juſtitia. Equidem Elector videns, ſalvos & incolumes ipſi redditos Filios, facile commotus eſſet, & aulicorum, & Kauffungi precibus, ut latroni condonaret culpam. Miſerat etiam Elector jam nuntium Freibergam, qui ei veniam delicti offerret. Sed cum ante adventum nuntii a judice lata ſententia in executionem veniſſet, latroniq; caput amputatum eſſet gladio; oblata Electoris gratia inanis fuit. Cadaver raptoris in templo, quod D. Petro ſacrum, receptaculum invenit, procurante id Schonbergio, Epiſcopo Miſenenſi. Paulo poſt tamen juſſu Friderici Placidi & Landgravii erutum, obſcuriori in loco ſepultum eſt, nempe in pago Neundorff. Nec ſocii reliqui meliorem vitae exitum habuerunt. Frater Kauffungi Dietericus Altenburgi capitis ſupplicio affectus eſt. Johannes Schwalbius Cygneae in quatuor partes diſſectus, & candente forcipe vellicatus fuit. Johanni de Schweinitz gula laqueo intercluſa fertur; reliqui vel vitae ſuſpendio dederunt poenas, vel terris Saxonicis ejecti, conſenuerunt miſere in exilio. Quo majus vitae periculum, ambobus Principibus imminuit; quo majus deſiderium Saxoniae Fratrum Illuſtrium par reliquit; eo mirabilior fuit clementia divini Numinis, quam in liberandis illis eſt teſtatus. Nam illuſtres parentes aſpectu utriusque laetati ſunt, atque in patriae ſalutem ſervati. Quae hiſtoria quia Paulo accuratiori mentis aeſtimatione digna eſt, quae accuratius explicetur: facere hoc debent pro modulo ingenii quidam adoleſcentes. Initium quidem faciet ſequens Oda:

1.
Alſo ſchützet GOtt die Frommen,
In der argen böſen Welt,
Will Gefahr und Trug ankommen,
So hat GOtt das Ziel beſtellt.
Alles ſteht in ſeinen Händen,
Er kan alles Unglück wenden.

2.
Laß der Feinde Boßheit ſchrecken,
Laß ſie wüten Tag und Nacht,
Dieſer wird die Freunde decken,
Der vor ſie beſtändig wacht.
Ja das Wetter muß ſich legen,
Wenn ſich zeiget GOttes Seegen.

3.
Er kan nicht die Frommen laſſen,
Wenn der Glaube feſte ſteht.
Plagt der Neid ohn alle Maſſen,
Wohl uns! daß er bald vergeht.
Denn wird GOttes Treu gepreiſet,
Die er ſeinen Kindern weiſet.

4.
Er hält dich bey ſeinen Händen,
Legt dir auf ein ſanfftes Joch.
Drum muß ſich das Unglück wenden,
Und man muß bekennen noch,
Daß GOtt nach dem kurtzen Weinen
Läſt die Freuden-Sonne ſcheinen.

Prologus invitabit honoratiſſimos Dominos Auditores ad benevolum audiendi ſtudium.

Conſpectus I. ſiſtit duos politicos, de ſtatu rerum colloquium habentes.
II. Conradus Kauffungus minatur omnia mala.
III. Elector ſe oſtendit, de ordinandis rebus ſollicitus.
IV. Tres Aulici occupant Theatrum, diſputantes de imminente periculo.
V. Elector iter facturus Lipſiam, cum quatuor Conſiliariis loquitur, illisque Conjugem, Principes & totam Aulam commendat.
VI. Kauffungus frendens ira, a Schwalbio literas gratas accipit, quibus ad atrox facinus incitatur, quod meditabatur.
VII. Quatuor Aulici in abſentia Electoris laetitiam habere & tempus conviviis extrahere cupiunt.
IIX. Kauffungus & complices ejus deliberant, quomodo feliciter exequi poſſint conceptum animo facinus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-279040-p0005-8

FK: Vc 1487

IX. Diſcurſum continuant complices, abſente Kauffungo.

X. Aulici terrentur, dum Kauffungus intrat arcem Altenburgicam, & Principes ſurripit.

XI. Redeunt iterum Politici, & diſcurſum habent de ſurreptis Principibus.

XII. Elector poſt reditum cum Illuſtri Conjuge abductos filios luget, Deoque confidit, Principum protectori Tabellarius laetum ac jucundum nuntium affert de liberatis Principibus.

XIII. Tabellarius loquitur cum obvio quodam cive.

XIV. Duo cives habent colloquium de Principibus redditis.

XV. Elector atque Conſiliarii apparent. Elector & Conjux Illuſtriſſima loquuntur cum Carbonario, eumque convivio, dono & privilegio excipiunt.

XVI. Deliberant de feſta die inſtituenda, & Deo gratias maximas reponendo.

XVII. Aulici teſtantur ſuum gaudium, & duo Politici loquuntur de Kauffungi ſupplicio.

XIIX. Quatuor pueri gaudium repetunt.

XIX. Civis quidam gratulatur Electori.

XX. Duo Cives de ſuppliciis loquuntur, quibus abrepti ſunt perditi latrones.

Epilogus commendat ſe PATRONORUM gratiae, ſcholamque illorum favori tradit. Hymnus claudit totum Actum.

1.

Mein Sachſen, preiſe GOttes Güte,
Erzehle ſeine Wunder-That.
Bedencke ernſtlich im Gemüthe,
Wie er dir wieder geben hat
Die Printzen, die der Bürgerſchafft
Vergönnen Schutz und neue Krafft.

2.

Der Jammer hatte dich berühret,
Und dich umgab die Trauer-Nacht.
Die Printzen waren weggeführet,
Die manchen Schutz und Troſt gebracht.
Sie waren GOttes Eigenthum,
Und dieſes Landes ſtoltzer Ruhm.

3.

Nun haſt du Sie in deinen Thoren,
Erkenne GOttes Wunder-Werck,
Und ſiehe, die GOtt auserkohren,
Zu deinen Ruhm und groſſer Stärck.
Und wie ſich GOtt bißher gezeigt,
So bleibt er dieſen Land geneigt.

4.

Beſchütze ferner in Genaden,
O groſſer GOtt! das werthe Land.
Wend alles Ungemach und Schaden,
Und ſeegne den Beruff und Stand.
Das Hauß zu Sachſen müſſe ſtehn
Bey uns in ſüſſen Wohlergehn.

Perſonae agentes ſunt:

Carl Gottlob Rücker, Zitt. Luſ.
Joh. Wilhelm Ritter, Lipſ Miſn.
Carl Gottfried Häntzſchel, Z. L.
Gottfried Zoyſel, Hirſchb. Sil.
Carl Friedrich Neumann, Zitt. Luſ.
Joh. Gottl. Neumann, Z. L.
Chriſt. Heinrich Jentzſch, Hirſchfeld Luſ.
Joh. Chriſtoph Schneider, Radmeritz - Luſ.
Chriſt. Gottl. Schrödter, Z. L.
Joh. Gottl. Güttler, Kirſchau Luſ.
Joh. Chriſt. Wagner, Z. L.
Johann Carl Breuer, } Hirſchfeld - Luſ.
Chriſtian Auguſt Breuer, }

Joh. Caſpar Oehme, Zitt. Luſ.
Joh. Chriſtian Nehnadel, Zitt. Luſ.
Joh. Gottfried Seydel, Zitt. Luſ.
Joh. George Hennig, Z. L.
Georg Heinrich Häntzſch, Z. L.
Ernſt Friedrich Neumann, Z. L.
Chriſtian Ehrenfried Gampe, } Z. L.
Chriſtian Friedrich Gampe, }
Joh. Gottlieb Schubert, Z. L.
Carl Chriſtian Dannenberg, Z. L.
Johann Gotthelff Frieſe, }
Chriſtian Gottlieb Frieſe, } Zitt. Luſ.
Chriſtian Jacob Frieſe, }

Caeterum noſtrae praeces diriguntur ad Dominos PATRONOS, FAUTORES & AMICOS, ut magna frequentia adeſſe, noſtrisque diſcipulis de tanta re dicentibus, benevolas praebere aures non dedignentur. P. P. Dom. Exaudi.

A. O. R. clↄ Iↄcc xxv.

(o)

ULB Halle 3
007 441 746

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-279040-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-279040-p0008-5

d. 11, 28. Sol. K. 2, 28
V c 1487

ATROX FACTUM CONRADI KAUFFUNGI,

Qui

FRIDERICI II.

SAXONUM ELECTORIS ILLUSTRISS.

FILIOS

ERNESTUM

ET

…BERTUM,

…CE ALTENBURGICA RAPUIT,

…ACTU QUODAM

…ORIO-DRAMMATICO

…EM IIX. MAJI M DCC XXV.

…ERA MATUTINA RITE PERACTA

PROPONETUR,

QUIBUS

UT

…AGNIFICI CURIAE

…PATRES,

…NESQUE REI LITERARIAE

…VI, FAUTORES & AMICI

…VOLAS INDULGERE AURES

…MAGNA FREQUENTIA

DIGNENTUR,

…OFFICIOSE AC DECENTER

PRECATUR

…DAM Erdmann MIRUS,

…GYMN. CON-RECT.

…ZITTAVIAE,

…ACTERE MICHAELIS HARTMANNI.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
B.I.G. Farbkarte #13
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-279040-p0009-3